Geleitschriften
Chemnitzer
Lycealschüler
1

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT
BIBLIOTHEK
CHEMNITZ

Discessum

Juvenum Ornatissimorum,

Humanissimorum,

Commilitonum Dulcissimorum,

J. G. Gerstenbergeri, Rottluffensis,
S. F. Strauchii, Mittelbacensis,
J. T. Fischeri, Fribergensis,
F. W. Richteri, Weisbacensis,
C. F. Thorbeccii, Annaemontani,
C. W. Werneri, Chemniciensis,
F. Hartmanni, Deliciensis,
C. G. Ulichii, Chemniciensis,
C. F. Ewaldi, Chemniciensis,
C. F. Gemlichii, Muldensis,

e

Lyceo Chemniciensi

ad Universitatem literarum Lipsiensem

votis piis prosequuntur

Condiscipuli I et II ordinis,

praeeunte

Carolo Christiano Schmidio,

Gloesensi.

Chemnicii, Mense Aprili,

MDCCCXV.

STADTBÜCHEREI CHEMNITZ

Stat nihil fixo pede; cuncta in orbe
usque mutantur. Refugit voluptas,
ac eam moeror capit, ut coruscus
nubila Phoebus.

Hic, ubi vallis viret, ac amoena
villa ridet, Chemniciumque flumen
excipit Plissam, querulum fluentum,
murmure leni;

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ

Hic, ubi campi patuli vigescunt,
vertices montis procul eminentque,
ac viatorem foliis adumbrat
arbor opaca;

Hic, Sodales! nos quoties juvabat,
en! plagas, curis gravibus remotis,
permeare una, et Cereri sacrata,
ire per arva!

At nihil constans! Fugit a sodali
candidus consors. Venit, ecce! moesta
nunc dies, qua Vos, Juvenes amici,
invida fata

avocant templo hoc, studiis sacrato,
ac jubent, Vos altius ire. Nobis
tempus illud nunc perit, ah! volatque
ocius Euro!

Quis potest nostrûm retinere luctum,
heu! dolores quis cohibere justos?
quaeve nunc gaudens potis est: valete!
dicere lingua?

Restat ergo nil, Socii pii, quo
Vos moremur? Nil valuere nostrae
flebiles voces, trepidique vultus,
nil lacrimaeque?

Amplius non est licitum, volucrum
cantibus, florum et variorum odore
insimul pectus recreare, laeta et
ire per arva?

Graeciae ultra non licet atque Romae
ire Vobiscum sapientiae per
fertiles campos, operam dicare
atque Camoenis?

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ

Non licet; nam nunc PHILYREA alumnos
en! suos dulces vocat; illa sedes
literarum, quae peperit corusca
lumina mundi.

Jungitis nexus procul hinc amoris
denuo, proh! nos avidosque Veſtrûm
linquitis. Nobis maneat suäve
tempus in omne

vinclum amoris; nos memori, precamur,
mente servetis, velut et dies non
eximet Veſtram speciem sub imo
pectore noſtro.

Vos valete ergo: Columen scholarum,
Gerſtebergere, o! peramate Strauchi,
Vosque, Fiſchere, et modulaminum Rich-
tere periti,

atque Thorbecci, decus eruditae
Tu juventae, ac Tu, studio celebris
artium, Wernere, bonarum honesto,
Tuque Sodalis

dulcis, Hartmanne, atque decus Lycei
nostri, Ulichi, Te generisque, Evalde,
docti amor, Gemlichi et amice grate, —
carmina nostra

nunc salutant; et pede ter beato
ite, dicunt, ite avibus secundis!
Atque Tu, Bechere, etiam Sodalis
candide quondam,

Tu patris clari decus o! superbum,
salvus i, cursus iteraque salvus. —
Auspicati ergo pede Vos tenaces
propositi omnes

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ

pergite haud infauſto iter inchoatum!

Fauſtitas Vobis faveat benigna

omne in aevum. Vos pia noſtra, Cari,

vota ſequuntur.

---

## Ordo I.

1. C. D. Richter, Cottbus.
2. C. W. Mehner, Friberg.
3. A. F. Roehr, Chemnic.
4. J. G. Huth, Goeppersdorf.
5. J. T. T. Seidel, Reichenh.
6. F. G. Metzner, Chemnic.
7. H. A. Bemmann, Vitteb.
8. T. L. Bemmann, Vitteb.
9. C. G. Hartlich, Cursdorf.
10. G.F.Lindemuth, Hohenk.
11. F. A. Franke, Mittelbac.
12. C. F. Fehre, Ehrenfried.
13. C. A. Uhlich, Rathend.
14. C.F.Kretschmar, Chemn.
15. C T. Brunner, Brünnlos.
16. J. Franciscus, Helvetus.
17. F. A. Martin, Hennersd.
18. C. G. Fischer, Chemn.
19. H. L. Boettger, Grünhain.
20. A. L. Loewe, Auerswald.
21. F. Hellge, Annaemont.
22. F. G. Steinbach, Pegav.
23. C. W. Klitzsch, Schoenh.
24. F. A. Geiler, Chemn.
25. S. F. A. Dietrich, Calenb.
26. C. G. Oehme, Krummh.
27. F. A. Wilde, Eibenstock.
28. C. Kühnert, Hartmannsd.
29. C. G. Zimmermann, Wies.
30. F. E. Hermsdorf, Hartm.

## Ordo II.

1. C. G. Walker, Frankenb.
2. C.F.Lasch, Mitteldorſens.
3. J.T.Heinig, Göppersdorf.
4. F. Berger, Hartmannsd.
5. C. F. Richter, Lungwic.
6. J. E. Matthes, Chemnic.
7. F. A. Malz, Zwikaviens.
8. E. J. Thierfelder, Stollb.
9. A. Voigt, Chemniciens.
10. F.G.Schmeiſsner, Ernsth.
11. G. F. Vogel, Burgstaedt.
12. C. Wimmer, Krummh.
13. C.W.F.Schmiedgen,Cros.
14. C. H. Dietrich, Chemn.
15. J. F. Steinelt, Chemnic.
16. D. W. Berthel, Chemnic.
17. M. F. Kreyſsig, Wiesens.
18. C. G. Ruppert, Chemnic.
19. A.A.A.F.Baumann, Karg.
20. G. T. Naumann, Drebac.
21. C.G.Rauschenbach,Penig.
22. C. F. Huth, Goeppersdorf.
23. C.F.Wagner,Hartmannsd.
24. G. E. Rost, Chemniciens.
25. C. C. Brandt, Chemnic.
26. C. F. Janzen, Chemnic.
27. C. E. Hilm, Chemnic.
28. F. C. C. Schüler, Gelenav.
29. J. G. F. Schüler, Gelenav.

Stadtbibliothek Chemnitz
A 134613 6

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT
BIBLIOTHEK
CHEMNITZ